



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 98. Sessio XXXIX. Concilii Basileensis, in qua Amadæi electio
confirmatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV
A.C. 1439

viginti sex suffragia die quinta Novembris Papa renuntiatus fuit. Eventus ille ab adstantibus summis lætitiae signis accipiebatur, atque illico vocabantur Notarii, & testes, qui publicum electionis factæ instrumentum conficerent. Denique Amadæus hora prima pomeridiana ex conclavis fenestra Pontifex proclamabatur, & Cardinalis Arelatensis nomen illius confluenti populo denunciabat. Post hæc omnes Electores circa horam tertiam sacris vestibus induiti, e conclavi progrediebantur, atque a Clero, qui eos ante conclavis januam expectabat, ad Cathedram Ecclesiam deducebantur. Eousque Æneas Sylvius duos suos libros de gestis Basileensis Concilii perduxit.

§. XCVIII.

Sessio XXXIX. Concilii Basileensis,
in qua Amadæi electio confirmatur.

Basileenses die decima septima Novembris celebrabant Sessionem trigehist. Concil. mam nonam, in qua Amadæi electionem Basil. & confirmantes declarabant, eundem abique Florent. n. 103. p. 1580. ulla exceptione ab universalis Ecclesia rex tom. 12. putari debere electum in summum, & R. Conc. p. 636. manum Pontificem. Postea deligebantur Legati, qui Amadæo suæ electionis nuntium deferrent, atque illum, ut eandem ratam

ratam haberet, inducerent. Hi erant Sæcul. XV.
Cardinalis Arelatensis Synodi Præses, se- A.C. 1439.

ptem Episcopi, tres Abbates, quatuorde-
cim Doctores, unacum Comite de Tier-
stein Protectoris vices agente, omnes nu-
mero viginti quinque. Digrediebantur
Basilea die undecima Decembris, nonni-
si tamen vigesima ejusdem Mensis Ripa-
liam veniebant. Ipse met Amadæus Le-
gatis obviam sese intulit, Eremitis, at-
que familiaribus suis stipatus. Legati
vero adventus sui cauissam quidem expo-
nebant, Synodi tamen literas nondum
eisdem porrigebant, nec ipsius assensum
sollicitabant, sed alia duntaxat die audi-
ri postulabant, quod & ipsis triduo post
concessum.

§. XCIX.

Basileensium Legati ab Amadæo ad alloquium admissi.

Hoc temporis intervallo ii, qui Duci a
consiliis erant, quædam postulata
Legatis exponebant, præprimis ergo Ju-
risjurandi sacramentum, quod Amadæus
præstaret, emendari petebant: dein po-
stulabant, ut habitu & barba, quam sa-
tis promissam Eremitarum more gesta-
bat, adhucdum ei uti liceret, nec illius
nomen mutaretur. Respondebant Lega-
ti. I. Sibi quicquam juramento addere,

M m 3 vei